



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Handleitung Zu leichterem Gebrauch Der Geist- und  
Sittlichen Unterrichten In Ewigen Wahrheiten**

**Calino, Cesare**

**Augspurg ; Graez, 1744**

**VD18 80280064**

Dominica III. Quadragesimæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49389](#)

alio modo transfiguratus est ante eos in horto, ubi non Moysen & Eliam gratulantes videbant, sed Angelum in extremo ejus dolore consolantem animadvertebant : nec Christum dediantem ab Angelo consolationem accipere. Mense XI. Disc. 318. pag. 231. usque ad num. 6.

### DOMINICA III. QUADRAGESIMÆ.

I.

*In Beelzebub principe demoniorum ejicit dæmonia.*

*Luc. II.*

Hanc calumniam ; aliásque plures huic similes in Christum & ejus miracula emovebant Iudæi; nec tamen per eas populi reverentiam erga eum, neque ejus famam evertebant. Continuârunt eas usque ad Passionem illius, ac in domo Caiphæ falsi prodierunt testes : verùm Christus vitam sic innocenter traduxerat, ut calumniæ vim haberent nullam. Sic vivere nos horretatur Paulus, *ut is, qui ex adverso est, recreatur nihil habens malum dicere de nobis.* Exemplo Christi hoc discimus. Mense XI. Disc. 321. pag. 296. usque ad num. 6.

2.

*Universa arma ejus auferet, in quibus confidebat.* *Luc. II.*

Frustra in viribus suis confidit homo: non opus est, ut fortior superveniat; sæpe illum infirmior stravit. Sapienter David: *Non in arcu R. P. Calini, S. J. Index, f mœ*

*meo sperabo, neque gladius meus salvabit me.* Psal. 43.  
 7. Utinam considerasset hoc Petrus! non ita  
 se jactasset: etiamsi opportuerit me mori te-  
 cum, non te negabo. Et: si omnes scandaliza-  
 tifuerint in te, ego non scandalizabor. Consi-  
 deranda est negatio, ejus causa, & pœnitentia;  
*Mense XI. Disc. 322. pag. 318.*

3.

*Ut vidit cogitationes eorum. Luc. 11.*

Honorifice habebant Christum Judæi ejecto  
 dæmonio: blasphemè de eo cogitabant, sed  
 cogitationes verbo prodere non audebant: &  
 cùm ipse longo sermone eorum cogitationibus  
 responderet, non obmurmurabant, nec foemi-  
 nam eum laudantem reprimebant, nec lapides  
 vibrabant, quia nondum venerat hora ejus.  
 Verùm in passione sua dum tacuit, dum obmu-  
 tuit & non aperuit os suum, gravissimis contu-  
 meliis ab infima hominum fæce affectus est. Vi-  
 de causam, quæ servos impulit ad vexandum  
 Dominum. *Mense XI. Disc. 323. pag. 350. Ænum. 7.*  
*ad fin.*

4.

*Qui non est tecum, contra me est, & qui non  
 colligit tecum, dispergit. Luc. 11.*

Vult nos Christus in crucis bajulatione socios;  
 si enim compatimur, etiam conglorificabimur.  
 Contra vero dicit: *Qui non bajulat crucem suam,*  
*& venit post me, non potest meus esse discipulus.* Luc.  
 14. Difficilis quidem initio est crucis bajula-  
 tio,

tio, dum ab invitis suscipitur: si verò suscepta patienter feratur, nos ad sanctificationem nostram perducit. De Simone Cyrenæo ad ferdam crucem angariato Mense XII. Dist. 340.

pag. 68.

5.

*Beati, qui audiunt verbum DEI, & custodiunt illud. Luc. 11.*

Christus ad Patrem oraverat: *Aufer à me calicem istum*, verùm simul se perfectè illius voluntati tradidit: *Non mea, sed tua voluntas fiat.* Misit Pater Angelum ad confortandum, non ad liberandum. Quare Christus nunciante Angelo novam luctam & libenter suscepit, & patienter sustinuit. Mense XI. Dist. 318. pag. 239. à num. 6. ad finem.

## DOMINICA IV. QUADRAGESIMÆ,

1.

*Videbant signa, quæ faciebat. Joan. 6.*

Non videbant solum, sed & palpabant manū, & ore gustabant, & voce prædicabant: *Hic est verè Propheta.* Hæc cùm essent publica, diffidillum & planè impossibile erat, JЕlum cuiusquam criminis reum convincere. Tentarunt tamen Judæi coram Pilato: verùm eò magis coram patuit odium & iniquitas, quò magis Christus ad objectas calumnias tacebat. Fecit id ad

f 2

præ-